

sus & prodigiosam hanc habendi inexplebil-  
lem cupiditatem esse, necesse est.

**V E R . 8.** *Nam quid amplius est sapienti, quam  
stolido ipsi? quid ad pauperem fruens, dum  
ambulant coram viventibus?*

Huc accedit, quod neq; divitarum posses-  
sione, neq; fructu ex illis perceptione, stu-  
to intelligens quicquam interset. Et quid est  
quod pauperi deest, dummodo prudenti &  
cui omnibus conversandi rationem tenen-  
ti, quod diviti etiam intelligenti ad hanc vi-  
tam traducendam suppetit?

**V E R . 9.** *Melior est, inquires, inspectio oculo-  
rum, quam cursus desiderii: etiam hoc vani-  
tas est & afflictio spiritus.*

Excipiat quis, potiorem esse possessoris  
conditionem, quam pauperis qui nullum ap-  
petendi finem aut modum facit. Atq; haec  
ipsa divitarum possessio ab usu & fructu se-  
parata, vana & cassa est: addo etiam, ab animi  
molestia & solicitudine ad divitias conser-  
vandum minimè ab juncta.

**V E R . 10.** *Quicquid sit, jam inditum est nomen  
ejus, & cognitum eum esse hominem, neq; pos-  
se contendere cum eo qui valentior est ipso.*

Quidquid sit, nulla quantumvis magna di-  
vitiarum accumulatione, efficiat ut homo  
non sit, & fragilem humanam conditionem  
superet, cui cum Dei decreto ob peccatum  
addi-